UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 48. Legatorum responsum ad Franciæ Oratores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66641

Visual Library

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. XLVIII.

Legatorum reſponſum ad Franciæ Oratores.

Sarp. p. 537. Mem. l. c. p. 275. let. de Bibrac a la Reine.

Verum Legati accepto Roma reſponſo, quod ad hunc libellum darent, ſcriptotenus Franciæ Oratoribus ſignificabant, quod ante inchoatam Synodum, quæ tamen præcipue propter Gallos cæpta fuerat, jam ferme per ſemeſtre Franciæ Præſulum adventus fuiſſet exſpectatus, poſtea autem per alios ſex menſes rerum graviſſimarum examen diſtuliſſent, nunc ergo Patribus permoleſtum accideret, ac propudioſum foret, ſi propter eorum abſentiam ordinem hactenus ſervatum interrumpere cogerentur: cum aliunde Legatis haud integrum eſſet, absque Patrum conſenſu Seſſionem prorogare. Percepto hoc reſponſo Franciæ Oratores petebant, ut Patrum conventum pro obtinendis ejusmodi induciis ſollicitare permitterentur: verum illis in reſponſis datum, quod nonniſi per Legatos in Synodo agere poſſent.

§. XLIX.

Aurelianenſis Reformationis leges dictare potuiſſent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN